Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36523
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



21.

Cum ministrante rem publicam theodosio gloriosissimo ac victoriosissimo imperatore patre archadij atq; honorij imperatorum. qui ob egregiam animi strenuitatem a gratiano imperatore creati maximas scythicas gentes. hoc est alanos. hunos. et gothos. magnis multis q; uicit. quiq; quadragesimus sedis aurelio primo cesare imperium romanum tenuit. natus augustinus fuit in thagastensi oppido affricane puincie. patre patricio et matre monica qui fuerunt de numero ciuium satis florentes abundantia et temporali satis pollentes dignitate seculari. Quorum cura atq; solicitudine infans dignissime fouebatur. pie nutriebat. quia ab eis teneriime diligebatur. unice amplectebat. Deinde postquam nodos lingue in apertos sonos potuit formare. in scolas datus est ut disceret litteras. et si segnis in discendo esset uapulabat. laudabatur enim a maioribus hoc. Puer autem cepit in auxilium et refugium suum deum inuocare. et rogabat eum parvuus non parvo affectu ne in scola uapularet. et cum eum non exaudiebat qd non erat ad insipientiam sibi. ridebantur a maioribus hominibus usq; ab ipsis parentibus. qui ei accidere mali nichil uolebant plage sue. audierat adhuc puer de iura eterna promissa nobis p humilitatem domini dei nri. descendentis ad superbiam nostram. et signabatur iam signo crucis eius. et oblebatur eius sale iam inde ab utero matris sue. multum in superna spiritus pietate. Quodam g die cum pressus stomacho repente estuaret pene moriturus. magno motu animi. magna fide. baptismum xpi flagitauit a matre sua. et a matre omnium fidelium ecclia catholica. a tonica matre illi. qin sempiternam salutem ei carius parturiebat corde casto in fide dei. iam peccare ibat ut sacramentis salutaribus initiaret. et ablueret. nisi statim eet recreat. Dilata e itaq; mundatio ei. id maxime patre eius agente quo minus in xpm crederet. sic ille non dum credidat. Qui tam no euicit in eo uis materne pietatis. In ipa puericia latinas adamauerat litteras. non quas primi magi. sed quas docent qui grammatici uocant. sed illas primas ubi legere et scribere et numerare dicitur. non minus onerosas penales q; habebat quam omnes greecas. Memoria aut uigilabat ingenio callebat. facundia excellenter clarebat. unde et factus e adolescens. in municipio suo aliqm diu artem docuit gramaticam. anno uo sextodecimo etatis sue reducto eo a madauris in qua uicina urbe iam cepat litteraturae atq; oratorie percipiende gia pegrinari. longinquiores apud karthaginem pegrinationis sumptus. illi prepabantur a patre in oppido thagastensi comanente. Veniens igit karthaginem. in becilla tunc etate discebat libros